Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Simon Toelmann Franz Wölpmann

## Disputatio Iuridica De Factione Testamenti Activa, Ratione Personarum

Rostochi[i]: Pedanus, 1262 [i.e. 1626]

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73151954X**

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Aktives Recht zum Testamentmachen hinsichtlich der Person

S. Toelemann (F. Wolpmann) Verf.

16

R. U. in 1626.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn73151954X/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73151954X/phys_0002
DFG

28.

4.8

# Diſputatio Juridica
## DE
# FACTIONE TESTAMENTI ACTIVA, RATIONE PERSONARUM:

*Quæ*

AUSPICE CHRISTO,

*PRÆSIDENTE*

*Clariſsimo, Spectatiſsimo, Conſultiſsimo*

*VIRO*

DN. SIMONE TOELMANNO J.U.D.
& Profeſſore Ordinario, in Academia
Roſarum celeberrimo,

*Publicæ legalis prudentiæ cultorum cenſuræ
publicè ſubjicitur: die 2. April.*

à

FRANCISCO WOLPMANNO, VERD. SAX.
Autore & Reſpondente.

---

Impp. in l. 4, C. de ſtat. & imagin.
*Virtutum præmia merentibus tribui convenit.*

ROSTOCHI
1626
Typis exſcripſit Joachimus Pedanus, Acag. Typog. Anno ~~1262~~.

*AMPLISSIMIS, PRUDENTISSIMIS, Clariſsimis & Conſultiſsimis Viris Genere, eruditione prudentia variarumq; rerum uſu præſtantiſsimis*

DNN. CONSULIBUS, DNN. SYNDICIS, & DNN. SENATORIBUS Inclytæ Reipublicæ Bremenſis eximijs, Dnn. Patronis ac Fautoribus ſuis,

*Patriæ patribus fideliſsimis, patronis ſummis, Muſarum nutricijs humaniſsimis omni obſervantiæ cultu colendis*

Hancce diſputationem materiæ Succeſsionis tertiam dedicat & conſecrat

Franciſcus Wolpmannus.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73151954X/phys_0004 DFG

*S. P. P.*

TRia eſſe, Ampliſſ. Prudent. Clariſſ. viri, dnn. ac patroni colendi, quæ ſeſe perpetuo comitari, hominem doctum & artificem artis alicujus peritum reddere poſſe, judicantur: NATURAM, ARTEM & EXERCITATIONEM. Et quamvis natura plurimum per ſe valeat, eiq; multum attribuatur: Arte tamen & Exercitio expolita paratiorem ac promptiorem effici ad contemplanda & agenda ea, quæ hominum ſaluti ſint neceſſaria, omnes mihi, qui judicio & mente præditi ſunt, conceſſuros eſſe, haud dubito. Mirandi itaq; illi, qui tantum ſtudium tantamq; operam in artem juris ponendam eſſe negant! Magis autem mirandi illi, quibus in totum diſplicet exercitationem collationemq; hujus artis inſtituere! Sed maximè mirandi illi, qui titulo Gallico hodie intumeſcunt, leges oderunt illaſq; illudere, ex Rebuſpub. tollere ac relegare præ ſe ferunt, adeo ut jus ex flexibili judicantium arbitrio, & imaginaria, & naturali quadam æquitate dicendum eſſe planè exiſtiment! Verum enimverò quis Hoc non delectaretur, quisnam ad diſcendum, docendum & exercendum non commoveretur, nec incitaretur, cujus Finis eſt ipſum bonum ſimplex, ſummum & extremum ac ipſa felicitas: Imò cujus ſubjectum eſt Sanctum res divinas & humanas bene diſponens, omnemq; iniquitatem expellens. Unde Imperator Alexander JCtum Domit. Ulp. parentem ſuum, *in l. ex divi Antonini 4. C. de locat. & Cond.* & Imp. Dioclet. prudentiſſimum *in l. Divo Marco. 11. C. de Quæſt.* & ICt. Modeſt. nobilem *in fin. §. amplius. 9. l. excuſatur. 2.* imo nobiliſſimum *in §. ſi pater. 1. l. diximus. 4. ff. de Excuſat.* nominat: Unde Imp. Fridr. omnibus ſcholaribus & maximè divinarum atq; ſacrarum legum ſtudioſis plurima, ampliſſima & aurea privilegia indulſit, quæ habentur *in Auth. habita C. Ne fil. pro patr.* Sed ne in hac, forſan aliquibus odioſâ, longius provehar, quam propoſita ratio poſtulat; Non diffiteor Amplit. prudent., Studium hoc me ſemper plurimi feciſſe, nihilq; eo in vita communi unquam aut jucundius, aut nobilius æſtimaſſe, ſelegiſſe etiam hac vice ex eo certam quandam materiam admodum difficilem & intricatam, quæ inſcribitur *de Succeßione tam univerſali, quâm particulari*, certis etiam diſpoſitionibus conſcripſiſſe & in publicum prodire conſtituiſſe. Quarum Hanc tertiam Amplit. prudent. vobis patriæ patribus maximè digniſſimis, Mæcenatibus ac patronis Hoc probantibus, defendentibus & conſervantibus, etiam in tam perturbato horum temporum ſtatu, ſubmiſſè & officioſe inſcribere, dedicare & offerre viſum fuit. Accipietis igitur eam placido ac benigno animo; quod ſi ita contigere ſenſerim, ad ſequentia me promptiorem reddetis atq; alacriorem. Hiſce valeant VV. AA. & P. P. Roſtochij Roſarum 20. Martij ſtyli veteris An. CIↃ IↃ XXVI.

*Veſt. Amplitudines*
*ſtudioſiſſimè colens*

*FRANCISCUS VVOLPMANNUS.*

In Diſputationem,

# De Teſtamenti factione activa, &c.

*Doctiß. & Spectatiß.*

**Dn. FRANCISCI VVOLPMANNI, &c.**

## EPIGRAMMA.

*OMnibus haud eadem mens eſt varia ergò ſtatuta.*
*In Teſtamentis, diſcere jura decet.*
*Promptiùs acceptant plures: dant munera pauci:*
*Dicitur activa hæc factio; at illa ſecùs.*
*Mica ſalis diſcernit utramq́ʒ, oculoq́ʒ remonſtrant*
*WOLPMANNUS, genio dexteriore ſatus.*

SIMON TOELMAN Pom. D.
Roſtoch, αὐτοσχεδίας. 20. Martij 1626.

Diſpu-

# Diſputatione Juridica
DE
# FACTIONE TESTAMENTI
ACTIVA RATIONE PERSONARUM.

## Placitum I.

*Factio a) teſtamenti eſt, jus teſtamenti communionem tribuens b) eſtq; ACTIVA, vel PASSIVA. Activa potiſsimum conſiſtit in PERSONA, & FORMA. Perſonæ ſunt, vel PRINCIPALES c) vel MINUS PRINCIPALES d.) Principales omnes teſtamentum facere poſſunt: e) niſi NATURA, vel LEGE prohibeantur.*

Naturalis ratio dictat, non ut nobis ſolum, ſed & liberis noſtris, ſecund: D. Paul. *11. ad Corinth. 12. verſ. 14.* Tryph. *in §. ſed numquid: 2. l. nihil intereſt. 50. ff. de Bonis libert:* Papin. *in l. ſcripto. 7 ff. unde liber.* Paul. *in l. cum ratio, 7. ff. de Bon.* Damnat Imp. *in §. cum enim. 2. l. de emancipatis. 13. C. de legit. hered. & in §. taceat. 5. l. unic. C. de Rei uxor. act.* alijsq́, qui de nobis benemeriti

ſunt, proſpiciamus. Gloſſ. *in l. venia. 2. verb. cum naturali ratione C. de in jus vocand.* Qua ex affectione natas eſſe factiones teſtamenti, ſcribit Cic. *de Finib. lib. 3. in fin. ferè.* Quæ factio ad regulas juris metienda eſt: & in primis, an is, qui fecerit teſtamentum, habuerit teſtamenti factionem: deinde ſi habuerit, num ſecundùm regulas juris civilis teſtatus ſit, prout loquitur Gaj. *in l. ſi quæramus. 4. ff. Qui teſt. fac. poſſ.*

*b*) Teſtamenti factio, uti loquitur Imp. noſt. *in §. in extraneis. 4. Inſt. de Hered. qualit. & diff.* quæ juris publici. Papin. *in l. teſtamenti. 3 ff. Qui teſt. fac. poſſ.* eſt jus teſtamenti faciendi: Imp. *in princ. Inſt. Quib. non eſt perm. facer. teſt.* & dicitur Activa à Gloſſ. *in l. ſi quæramus. 4. in pr. & in l. filiusfam. 16. verb. paſſiva. ff. Qui teſt. fac. poſſ.* aut ex eo aliquid Capiendi. Imp. *in d. §. extraneis. 4.* & dicitur Paſſiva. Gloſſ. *in d. l. ſi quæramus. 4 & in d. l. filiusfam. 16. & in l. is cui. 18. verb. teſtamenti factionem. ff. Qui teſt. fact. poſſ.* Activam autem qui teſtamenti factionem habet, habet etiam teſtamenti factionem paſſivam. *arg. princip. inſt. Quib. non eſt permiſſ. fac. teſt. & l. filiusf. 16. ff. Qui teſt. fact. poſſ.* non viceverſa qui paſſiuam habet, habet etiam activam; Pomp. *in d. l. filiusfam. 16. & in ejus* §. *Marcellus. 1.*

*c.*) *de quibus dicemus in placido ſecundo.*

*d.*) *de his in placido octavo.*

*e.*) Cum lex 12. Tabular. his generalibus ſit concepta verbis: *Uti quisq; legaſſet ita jus eſto.* & Lex Falcidia: *quicunq; Civis Romanus.* ſecund: Paul. *in l. lex Falcid. 1. ff. ad L. Falcid.* Imò cum nihil magis hominibus debeatur, quam ut ſupremæ voluntatis liber ſit ſtylus. ſecund. Imp. *in l. habeat. 1. C. de SS. Eccleſ.* cui convenit *l. ex facto. 43. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

Placi-

# Placitum II.

*Perſonæ principales a ) Naturâ teſtari prohibentur ob defectum ANIMI vel CORPORIS.*

Cauſa efficiens cum omnium cauſarum teſtamenti ſit prima, perſona principalis ſeu teſtatur ipſe, inprimis ratio habenda eſt, num is, qui teſtatus, teſtandi jus habuerit, *prout dictum eſt in placito præced.* ſecund. Gaj. *in d. l. ſi quæramus. 4.* Hujus autem teſtatoris pro ſubſtantia teſtamenti, tam ſolennis in ſcriptis, quàm Nuncupativi, requiritur ejus temporis, quo teſtamentum facit, mentis integritas, teſt. Lab. *in l. in eo. 2. ff. Qui teſt. fac. poſſ.* non tantum mentis integritas naturalis, ſed etiam civilis. Gaj. *in d. l. ſi quæramus. 4.* poſitâ enim naturalis mentis integritate, ſublatâ autem civilis ad teſtandum non admittitur. Gaj. *in §. ſurdus. 1. l. qui in poteſtate. 6.* cum diſtinctione *l. ſeq.* & *in l. ejus qui. 8. ejusq; §§. ſeqq.* Ulp. *in l. de ſtatu ſuo. 15.* & *in l. is cui. 18. ejusq; §. ſi quis. 1.* Pomp. *in l. filiusfam. 16. ff. Qui teſt. fac. poſſ.* factum autem teſtamentum ante amiſſionem mentis civilis non annihilatur. Gaj. *in d. §. ſurdus. 1. l. qui in poteſtete. 6.* Ulp. *in §. ſi quis. 9. l. tabulas. 1. ff. de Bonor. poſſ. ſecund. tabul.* & *in l. is cui. 18. ff. Qui teſt. fact. poſſ.* Imp. *in §. item ſurdus. 3. Inſt. Quib. non eſt permiſſ. fac. teſt.* niſi amiſerit ex facto proprio. Pap. *in §. teſtamento. 2. l. qui ex liberis. 11. ff. de Bonor. poſſ. ſecund. tabul.* Imp. *in l. ſi is. 2. C. Qui teſt. fact. poſſ.* vel ex delicto. Gaj. *in §. ſi cui. 1. l. ejus qui. 8. ff. Qui teſt. facer. poſſ.*

Placi-

# Placitum III.

*Ob defectum Animi a) Naturâ prohibentur Impuberes b.) furioſi c.) mente capti d.) Prodigi e.).*

Prohibentur quidam teſtari ex juregent: ob Animi defectum. Defectum autem animi dicimus, cum quis vel illa eſt ætate, ut animi judicium nondum habeat: vel eſt quidem ætate ea, ut habere poſſit, non tamen habet ex caſu aliquo Naturali vel Accidenti.

b) Prioris ordinis ſunt ij, qui ad primam ætatem, uti diſtinguit Imp. *in l. ſancimus. 30. C. de Epiſcop. audient. & in princ. Novell. 72. & in princ. Nov. 155.* referuntur. Tales ſunt; infans prout loquit: Imp. *in §. ſed quod. 10. inſt. de inutil. ſtipul.* infantiæ proximus. Imp. *in d. §. ſed quod. 10.* etiamſi ſint milites. Imp. *in l. licet antiquis. 18. C. de Teſt. militar:* vel tutoris auctoritas acceſſerit, Ulp. *in §. unde quæritur. 1. l. in omnibus. 1. ff. de Tut. & ration. diſtrab.* vel ad pias cauſas teſtari conſtituerit: Dd. *in l. ſi frater. 4. C. Qui teſt. fac. poſſ.* vel per reſcriptum Principis impetraverit. Imp. *in l. reſcripta. 7. C. de Precib. imp. offerend.* argm. *l. nec damnoſa. 3. C. eod.* & argm. *d. l. licet antiquis. 18. C.* Cum teſtamentum ultimum vocat judicium. Paul. *in §. præterea. l. mater. 19. ff. de inoffic. teſtam.* & ultimorum judiciorum conteſtationem. Imp. *in §. ſed & unum. 13. Inſt. de Teſt. Ordin.* & ſupremum hominis judicium. Paul. *in l. vel negare. 5 ff. teſtam. quemadm. aper.* quod tamen nullum eſſe in ijs teſtatur Imp. *in §. præterea. 1. inſt. Quib. non eſt permiſſ. facer. teſt.* Hinc noviſſimè Imp. Max. I. *in ſua conſtit. erecta Coloniæ de anno 1512. ſub rubrica.* Von Teſtamenten. §. *Item*, es gehört zu einem jeden

jeden Teſtament / daß der oder die / ſo Teſtament machen / **mit verſtändlichen Worten reden / oder aber ſchreiben können** / dann welcher deren keins könde / der wird darin einem Todten gleich geacht / vnd mag kein Teſtament machen. & §. weiter. *ibi.* die Notarien ſollen ſich auch hüten vor allen denen / **ſo weder verſtändlich reden / noch ſchreiben können** / dann ſie kein Teſtament machen mögen. à prædictis excipitur proximus pubertati, per Ulpian: *in l. à qua ætate. 5. ff. Qui teſt. fac. poſſ.* etiam curatore contradicente, per Modeſt. *in §. Gajus. 1. l. Aurelio. 20. ff. de liberat. legat.* & Papin. *in §. curatoris. 14. l. cum pater. 77. ff. de Legat. 2.*

*c*) Poſterioris ordinis ſunt: Furioſus; per Imp. *in §. præterea. 1. inſt. Quib. non eſt permiſſ. fac. teſt.* Pomp. *in §. Marcellus. 1. l. filiusfam. 16. ff.* & Imp. *in l. furioſum. 9. C. Qui teſt. facer. poſſ. vel non.* Lab. *in l. in eo. 2. ff. eod.* Marc. *in l. hoc colore. 2. ff. de inoffic. teſt.* Ulp. *in §. exigit. 8. l. tabulas. ff. de Bonor. poſſeſſ. ſec. tabulas.* Pomp. *in §. unius. 2. l. ſi tibi. 8. ff. de opt. & elect. legat.* & noviſſimè Imp. Maxim. I. *in d. §. Item,* es gehöret / & *in d. §.* weiter. Niſi teſtatus ſit dum dilucida furoris intervalla habuerit. Imp. *in d. §. prætetea. 1. & in d. l. furioſum. 9.* vel ante furorem illud fecerit. Imp. *in d. §. præterea. 1.* Ulp. *in §. ne furioſus. 4. l. qui teſtamento. 20. ff. Qui teſt. facer. poſſ.*

*d*) Mente captus; Lab. *in d. l. in eo. 2.* Paul. *in l. in adverſa. 17. ff. Qui teſt. fac. poſſ.* Marc. *in l. hoc calore. 2. ff. de inoffic. teſt.* & noviſſimè Imp. Max. I. *in d. §. Item,* es gehört. & *& in d. §.* weiter. qui differt à furroſo, quod ille rabie quadam animi agitetur, hic magis in quiete, nullaq́ extrinſecus ſigna oſtendat. ſecund. Joh. Dauth *in tit. Qui teſt. fac. poſſ. num. 217. tract. de Teſtam.* Hujus

& appellatione fatuum contineri, de quo loquitur Gaj. *in l. vel fatuo. 21. ff. de privil. creditor.* & Gaj. *in l. fatuo. 2. ff. de Poſtul.* Vult Gloſſ. *in d. l. fatuo. 2. verb. fatuo. & alij.* Nobis autem arridet diſtinctio Gometz. *1. var. reſolut. 6. num. 2.* illud verum eſſe, ſi omninò careat ſenſu & intellectu; falſum, ſi aliquem ſenſum & intellectum habeat, licet non integrum & perfectum. argm. *l. ſi frater. 4. C & l. à qua ætate. 5. ff. Qui teſt. fac. poſſ.*

*e*) Prodigus; Imp. *in §. item prodigus. 2. Inſt. Quib. non eſt permiß. fac. teſt.* Ulp. *in l. is cui. 18. ff. Qui teſt. fac. poſſ.* & noviſſimè Imp. Max. I. *in d. §. Item, es gehört* & *in d. §. weiter.* Cujus Ethicè conſiderando meminit Ariſtot. *4. Ethic. 1.* quod ſcil. rectè nominetur citra interdictionem: ſed Politicè & juridicè, ad eum effectum, ut nihil ipſe agere & contrahere, nec cum eo contrahi queat, abſq; interdictione fieri non poteſt: per Imp. *in d. §. item prodigus. 2.* Ulp. *in d. l. is cui. 18.* Hinc num prodigus ſit, æſtimatur ex circumſtantijs, ſuper quibus magiſtratum cognoſcere & pronunciare oportet. per Imp. *in §. furioſi 3. Inſt. de curat.* Ulp. *in l. lege 12. 1. de curat. furioſ.* Quare factum ab hoc teſtamentum ante interdictionem ratum habetur, per Im. *in d. §. item prodigus. 2.* & Ulp. *in d. l. is cui 18.*

# Placitum IV.

## *Ob defectum Corporis a) Natura prohibentur caci b) muti c) ſurdi d.)*

Prohibentur quidam teſtari ex jureq; ob Corporis defectum. Corporis autem defectum intelligimus non quemlibet morbum, propter verba Lab. *in l. in eo. 2.*

*ff. Qui*

*ff. Qui teſt. fac. poſſ.* & Imp. *in l. ſenium. 3. C. eod. & in l. ſanum. 27. C. de Tranſact.* ſed cum tantum, quo impediuntur ſenſus, ad teſtamentum condendum neceſſarij. Paul. *in l. in adverſa. 17. ff. Qui tit. fac. poſſ.* Vlp. *in l. ob quæ vitia. 4. §. ſed ſi vitium. 1. ff. de Ædilit. edict.* Hinc Epilepſiâ laborans teſtari prohibetur per Lab. *in d. l. in eo 2.* cum ſenſu & mente pariter privetur. teſt. Duncan. *lib. 3. cap. 6.* Item Apoplexiâ, per Lab. *in d. l. in eo 2.* cum ea alienationem inducat. teſte Mazoll. *Conſil. 12. num. 29.* Vult. *volum. 1. conſil. Marpurg. Conſil. 29.* Item Melancholia. per Lab. *in d. l. in eo 2.* cum ratione effectus cum epileptico conveniat, teſte Hippocr. *6. Epiſt. 7.* Item Moribundus; qui articulatè loqui non poteſt, cum mortuo ſimilis ſit, & inde falſitas in elogijs committatur. prout loquitur Imp. *in l. jubemus. 29. C. de Teſtam.* & Imp. Max. I. *in d. conſt. d. l.* §. Item es gehört.

b) Cæcus: Imp. *in §. cæcus. 4. Inſt. Quib. non eſt permiſſ. fac. teſt.* per hunc non intelligimus lippientem argm. §. *item ſurdus. 3. Inſt. Quib. non eſt per miſſ. fac. teſt.* Gloſſ. *in d. §. cæcus. 4. verb. cæcus.* nec cæcutientem argm. *d. §. item ſurdus. 3.* Gloſſ. *in d. §. cæcus. 4. verb. cæcus.* nec monoculum argm. *l. frater tuus. 9. C. de excuſat. tutor.* & *d. §. item ſurdus. 4.* ſed utriſq; oculis carentem. Imp. *in d. §. cæcus. 4.* & *in l. hac conſultiſſima. 8. C. Qui teſt. fac. poſſ.* Gloſſ. *in d. §. cæcus. 4.* vel à Naturâ. Imp. *in d. l. hac conſultiſſima. 8.* vel ex Accidenti. Imp. *in de l. hac conſultiſſima. 8.* Niſi obſervet diſpoſitionem Imp. *in d. l. hac conſultiſſima. 8.* de qua etiam noviſſimè Maxim. I. *d. conſtit. d. l. §.* Aber zu eines blinden Teſtament gehört / wie hernach folget: Erſtlich / daß der **Notarius vnd die ſieben Zeugen** darzu beruffen / vnd warzu ſie beruffen worden

 ſein/

ſein / wiſſen gemacht werden. Zum andern / das der Teſtirer nicht allein die Nahmen / des oder die Erben / ſo er ſetzt / ſondern auch wes Würden / Stands / oder Weſens / der oder die weren / dermaſſen das deßhalben / daß ſie allein mit Nahmen benent ſeind / ihr Perſohn halben kein zweiffel entſtehen mög / vnd darzu andern ſeinen willen / es ſey mit beſetzung / nachſetzung / geſchäfft / vnnd vermachung vor denn Notarien / vnnd Zeugen klärlich erzehle vnd außſpreche. Zum dritten / das der Notarius / oder ob kein Notarius bekommen werden möcht / ein achter Zeug an ſeiner ſtatt beruffen / vnd deßgleichen alle vnd jede Zeugen vorm Teſtirer darzu gebeten / zu einer zeit / vnd an einer ſtatt / alſo / das kein andere zeit / dann die klein were vnd auß notturfft der Natur ſich begebe / darzwiſchen falle / ſich im end / oder dem vnterſten *ſpacio* des Inſtruments vnterſchreiben / vnd darzu bezeichnen ſollen. Doch ſo mag der / ſo das Teſtament machen wil / oben in derſelben handlund ſeines Teſtaments vor den Zeugen / oder wo jhm am beſtem bedeucht / davon durch einen andern / wenn er wole / ſeinen willen vnd Teſtament begreiffen vnd ſchreiben laſſen / vnnd darnach vor den Zeugen / vnd Notarien / die zuvor / worzu ſie beruffen worden ſeind / wiſſend gemacht werden / denſelben Begriff vnd Schrifft vor jhm / vnnd den Zeugen eröffenen laſſen. Vnd ſo der inhalt deſſelben allen geoffenbahret worden iſt / derſelb Teſtierer bekennen / das ſolches ſein Teſtament vnd will ſey / vnd das er / was alſo vorgeleſen werde / nach ſeinem Sinn / Meinung vnd Gemüht / hab alſo ſetzen laſſen. Vnd am end ſollen darauff folgen:

gen die unterſchreibung / und bezeugnüſſen aller und jeder Zeugen / und des Notarien.

c) Mutus. Imp. *in §. item ſurdus. 3. Inſt. Quib. non eſt perm. fac. teſt.* Gaj. *in §. ſurdus. 1. l. qui in poteſtate. 6. ff. Qui teſt. fac. poſſ.* per hunc non intelligimus, qui graviter loquitur, uti bleſus ſecund. Ulp. *in l. mutum. 9. ff. de Ædil. edict.* & Imp. *in d. §. item ſurdus. 3.* nec qui ἀσαφῶς, i. e. obſcure uti balbus. ſecund. Ulp. *in d. l. mutum. 9.* & Imp. *in d. §. item ſurdus. 3.* ſed ἀφώνως, i. e. ſine ulla ſignificatione vocis. ſecund. Vlp. *in d. l. mutum. 9.* & Imp. *in d. §. item ſurdus. 3.* & Maxim. I. *in d. conſt. d. l. §. ſæpè all.* Item es gehört. & §. weiter. Niſi á Principe ei hoc conceſſum. Æmil. Mac. *in l. ſi mutus. 7. ff. Qui teſt. fac. poſſ.* ſi autem poſt factum teſtamentum, adverſa valetudine, aut quolibet alio caſu mutus eſſe cæperit, ratum nihilominus manet teſtamentum, uti ait Imp. *in d. §. item ſurdus. 3.* & Gaj. *in §. ſurdus. 1. l. qui in poteſtate, 6. ff. Qui teſt. fac. poſſ.*

d) Surdus. Imp. *in d. §. item ſurdus. 3.* Gaj. *in d. §. ſurdus. 1. l. qui in poteſtate. 6.* Vlp. *in fragm. tit. 20. §. 13.* per hunc non intelligimus ſurdaſtrum Imp. *in d. §. item ſurdus. 3.* ſed omninò nihil audientē. Imp. *in d. §. itē ſurdus. 3.* Gaj. *in d. §. ſurdus. 1. l. qui in poteſtat. 6.* Niſi veniā impetraverit à Principe, Æmil. Mac. *in l. ſi mutus. 7. ff. Qui teſt. fac. poſſ.* ſi autem poſt factum teſtamentum, valetudine, aut quolibet alio caſu ſurdus eſſe cæperit, ratum nihilominus permanet teſtamentum, ait Gaj. *in d. §. ſurdus. 1. l. qui in poteſtate. 6.* & Imp. *in d. §. item ſurdus. 3.* Mutus & ſurdus ſimul Naturâ, teſtari non poteſt. Imp. *in l. diſcretis. 10. Qui teſt. fac. poſſ.* caſu autem poteſt, dummodo ſcribere ſciat, Imp. *in d. l. diſcretis. 10.* ſi mutus non ſit,

 ſed

ſed tantum ſurdus à naturâ vel caſu poteſt indiſtinctè teſtari, etiam ſi neſciat ſcribere. Imp. *in d. l. diſcretis. 10.* ſin autem mutus & non ſurdus ſit, teſtari non poteſt, niſi ſcribere ſciat, Imp. *in d. l. diſcretis. 10.*

# Placitum V.

***Lege a) teſtari prohibentur ob defectum SUÆ POTESTATIS b) vel STATUS c.)***

Lege, h. e. jure civili teſtari quis prohibetur, vel quod poteſtati alienæ ſubjectus, de qua Imp. *in princ. non tamen. inſt. Quib. non eſt permiſſ. fac. teſt.* vel quod ſtatu ſit diminutus, de quo Imp. *in §. ejus qui. 5. Inſt. eod.* & alibi.

b) Poteſtatis appellatio in jure eſt πολυσήμως & multifariam ſumitur. juxt. Paul. *in l. poteſtatis verbo. 215. ff. de V. S.* quæ alia Publica alia privata. ſecund. Paul. *in d. l. poteſtatis verbo. 215.* & Imp. *in l. ſi quis. unic. C. ſi rect. provinc.* Publica iterum Eccleſiaſtica vel Politica. Eccleſiaſticam videmus *ex tit. ff. 1. lib. 2. & alibi.* de quibus ſermo nobis non eſt. Privata, quæ Domeſtica vel Adminiſtratoria. Adminiſtratoriam videmus *ex tit. de Tutel. & Curis.* Domeſticam *ex tit. 3. & ſeqq. lib. 1. Inſt.* quæ habet ad ſe invicem mutuum quendam reſpectum, & dicitur Maritalis, Herilis eſt patria, ſecund. Bodin. *1. de Repb. c. 3.* & Beſold. *1. Synopſ. polit. cap. 10.* de duabus poſtremis ſpeciebus hic agitur; eas accipimus ſecundum ſubjectam materam, quæ ad ſtatum civilem & caput pertinent, de quibus Imp. *in §. jus autem. 2. Inſtit. de pat. poteſt. & in tit. 3. & ſeqq. 1. inſt.*

Pro-

# Placitum VI.

*Ob defectum ſuæ poteſtatis lege probibentur Filijfam: a) Servi b.) Monachi c.)*

Ob defectum ſuæ poteſtatis jure civili teſtari prohibetur Filiusfam: Gaj. *in l. qui in poteſtate. 6. Pomp. in l. filiusfam. 16. ff. Qui teſtam. facer. poſſ.* Imp. *in l. ſenium. 3. §. filium. 1. C. eod. & in l. nemo. pen. C. eod. & in princ. Inſt. Quib. non eſt permiſſ. fac. poſ.* tam de bonis adventitijs. Imp. *in d. princ. Inſt. & in d. l. nemo. pen.* etiamſi eorum plenū dominium, de quibus ſpeciebus Imp. *in l. cum oportet. 6. & ſeqq. auth. C. de Bonis quæ liber.* habeat. Imp. *in d. princ. inſt. & in d. l. nemo. penult.* quàm Profectitijs. Imp. *in d. pr. Inſt. & in d. l. nemo. pen.* nec patre adſentiente. Imp. *in d. princ. inſt.* Gaj. *in d. l. qui in poteſtate. 6.* Imp. *in d. l. nemo. pen.* Marc. *in § filiusfam. 1. l. tam is. 25. ff. de donat. mort. cauſ.* vel ad ſolum actum teſtandi emancipante. argum. *l. quæſitum. 34. ff. de Adopt. & l. libertas. 33. & l. ideoq. ſeq. ff. de manumiſſ. teſtam. & l. actus. 77. ff. de R. J.* Non autem de Caſtrenſibus. Imp. *in l. filiusfam. 2. C. de Caſtrenſ. pecul. & in l. cum antiquis. fin. C. de inoffic. teſt. & in d. princ. inſt. & in §. ſciendum. fin. inſt. de Teſt. milit.* Vlp. *in §. dari autem. 5. l. bona. 3. ff. de Bonor. poſſeſſ.* vel quaſi Caſtrenſibus. Imp. *in d. l. cum antiquis. fin. & in d. princ. inſt. & in l. omnes. 12. C. Qui teſt. fac. poſſ. & in d. §. ſciendum. fin.* Vlp *in d. §. dari autem. 5. l. bona. 3.*

*b)* Servus: Pomp. *in l. filiusfam. 16.* Modeſt. *in l. filiusfam. 19.* Vlp. *in §. poteſtatis. 1. l. qui teſtamento. 20. ff. Qui teſt. fac. poſſ.* nec permittente domino. Imp. *in pr. inſt. Quib. non eſt permiſſu fac. teſt.* Gaj. *in l. qui in poteſtate.*

*ſtate. 6. ff. Qui teſt. fac. poſſ.* vel liber factus decedat. Modeſt. *in d. l. ſi filiusfam. 19.* Cujus appellatione veniunt, qui naturâ ſervi, de quibus loquitur Imp. *in §. ſervi. 4. inſt. de jur. perſon.* qui capti ab hoſtibus. Imp. *in d. §. ſervi. 4.* qui ad opera publica damnati, & ſervi pœnæ appellantur. Marc. *in l. ſunt quidam. 17. de Pœn.* qui ſe ipſos in ſervitutem ſponte dederunt, & libertatis pretium acceperũt. Imp. *in d. §. ſervi. 4.* Non quia latronibus ſunt capti, Marc. *in l. qui à latronibus. 13. ff. Qui teſt. fac. poſſ.* nec adſcriptitij. Gloſſ. *ad d. princ. inſt. verb. aut ſervi.* nec cenſiti coloni. Gloſſ. *in l. Coloni. 2. verb. alienare. C. in quib. cauſ. Colon. cenſ. domin. accuſar. poſſ. & in l. cum ſatis. 22. verb. permanere. C. de Agricol. & cenſ. & Colon. & in d. princ. verb. aut ſervi.* nec ſtatu liberi. Gloſſ. *in d. princ. verb. aut ſervi.* nec ij, qui alicubi habentur homines proprij: Leibeigene Leute. argm. *princ. inſt. de ingen.* niſi conſuetudine aliud ſit introductum. Mynſ. *cent. 2. obſervat. 23.* Johan. Dauth. *in tit. Qui teſt. fac. poſſ. n. 241.* Gail. *obſervat. 8. de Pignor.*

*c.*) Monachus: hunc nec velle nec nolle habere, ſed ex illius, quem vice Dei ſupra caput ſuum poſuit, & cujus imperio ſe ſubjecit, voluntate dependere teſtatur Bonif. Oct. *in cap. ſi religioſus. 27. de elect. in 6.* Imp. *in cap. illud quoq;. 5. Nov. 5. Auth. ingreſſi. C. de SS. Eccleſ. cap. quia ingredientibus. 7. cap ſi qua mulier. 9. cauſ 19. q. 3.* Niſi inter liberos diſponat. *Auth. ſi qua mulier. C. de SS. Eccleſ. cap. 38. Nov. 123.* legitimâ parte monaſterio relictâ. *d. cap. 38. Nov. 123. & d. Auth. ſi qua mulier.* vel non diſponit, & relinquitur cuilibet liberorum legitima. *d. cap. 38. Nov. 123. d. Auth. ſi qua mulier. d. cap. ſi qua mulier. 9.*

# Placitum VII.

*Ob defectum ſtatus a) lege prohibentur capti ab hoſtibus b) obſides c) de ſtatu ſuo dubitantes d) lege inteſtabiles facti e.)*

Statum hominis, etiamſi varius & multiplex ſit, intelligimus hic qualitatem, conditionem vel jus, quod quisq; hominum ſibi vindicat. de quo agunt JCti *in tit. 5. lib. 1. ff.* & Imp. *in tit. 3. inſt. 1. & alibi.*

b) Lege vel Jure Civili ob defectum ſtatus teſtari prohibetur Captus ab hoſtibus. Imp. *in §. ejus qui. 4. inſt. Quib. non eſt perm. fac. teſt.* Gaj. *in l. ejus qui. 8. ff. eod.* Ulp. *in l. facere. 10. ff. de Teſt. militar.* Quod autem fecit ante captivitatem valet æquè, ac ſi deceſſiſſet antequam captus fuiſſet. Imp. *in §. ejus qui. 5. inſt.* per L. Corneliam. ſecund. Imp. *in l. ex duobus. C. 1. de Poſtlim. reverſ. & in d. §. ejus qui. 5. inſt.* & Jul. *in l. lege Cornelia. 12. ff. Qui teſt. fac. poſſ.* ab hoſtibus reverſus, valet jure Poſtliminij. Imp. *in d. §. ejus qui. 5. inſt.* quaſi nunquam abfuiſſet, ſed perpetuò in civitate permanſiſſet. Impp. *in tot. tit. C.* & JCti *in tot. tit. ff. de Captiv. & poſtlim. reverſ.*

c) Obſes: Ulp. *in l. obſides. 11. ff. Qui teſt. fac. poſſ.* Marc. *in l. divus. 31. ff. de jur. fiſci.* Niſi hoc ei ex gratia Principis. Ulp. *in d. l. obſides. 11.* vel accepto uſu togæ Romanæ per Imperatorem conceſſum fuerit. Marc. *in l. ſed ſi. 32. ff. de jur. fiſc.* Dicitur autem obſes, quod obſidionis ſolvendæ cauſa, vel pro captivis, Romanis traditus fuerit. Gloſſ. *in d. l. obſides. 11. verb. obſides.* ſed ut noſtro tempore inter Chriſtianos captivi ex captivitate non

ſiunt ſervi ita nec obſides ex obſidione, quare nec moribus noſtris teſtamenti factionem amittunt. ſecund. Bart. *in l. ſi quis. 21. §. ult. ff. de captiv. & poſtlim.*

d) de ſtatu ſuo dubitans: Paul. *in l. qui in teſtamento. 14.* Vlp. *in l. de ſtatu ſuo. 15. ff. Qui teſt. fac. poſſ.* aut errans Vlp. *in d. l. de ſtatu ſuo. 25.*

e) Lege improbi inteſtabilesq́, prout loquitur Imp. *in §. teſtes autem. 6 inſtit. de Teſt. ord.* ſciendum autem eſt, illos nec teſtari, ſecund. Vlpia. *in §. ſi quis. 1. l. is cui. 58. ff. Qui teſt. fac. poſſ.* Gloſſ. *in l. cum lege. 26. verb. putant. d. tit.* nec in numerum teſtium adhiberi. Imp. *in d. §. teſtes autem. 6.* Gaj. *in d. l. cum lege. 26.* Vlp. *in d. §. ſi quis. 1. l. is cui. 18.* Gloſſ. *d. l.* nec eis teſtimonium dici poſſe. *in d. l. cum lege. 26.* Gloſſ. *d. l.* Tales ſunt damnati ob carmen famoſum Vlp. *in d. § ſi quis. 1. l. is cui. 18.* de quibus eſt *tit. C. de Famoſ. libell.* & Conſtitutio hæc Imperij, In des heiligen Reichß peinlicher Halsgerichts Ordnung K. Carols des *V. Cap. 10.* Welcher jemand durch Schmächbrieff/ zu Latein Libellus famoſus genandt/ die er außbreitet/ vnnd ſich nach ordnung der Recht/ mit ſeinem rechten Tauff: vnd Zunahmen nicht vnterſchreibt/ vnrechtlicher/ vnſchüldiger weiß/ Laſter vnd Vbel zumiſt/ wo die mit warheit erfunden würden/ das der geſchmächt an ſeinem Leib/ Leben oder Ehren/ peinlich geſtrafft werden möcht/ derſelbig boßhafftig Läſterer/ ſol nach erfindung ſolcher Vbelthat/ als die Recht ſagen/ mit der Peen/ in welcher er den vnſchüldigen/ Geſchmächten/ durch ſeine böſe/ vnwarhafftige Laſterſchrifft hat bringen wöllen/ geſtrafft werden. Vnd ob ſich auch gleichwol die auffgelegt Schmach der zugemeſſenen That in der warheit erfünde / ſol dannoch der Außruffer ſolcher Schmach/ nach vermögen der Recht/ vnd ermeſſen des Richters/

ters/ geſtrafft werden. & Receſſus Imperij Caroli V. *de anno 1524.* **zu Nürnberg auffgericht.** §. Als auch vielgedachte vnſere Inſtruction &c. & *de anno 1530.* **zu Augſpurg auffgerichte.** §. Vnd nachdem durch die vnordentliche Drückerey biß anhero viel vbels entſtanden: &c. & *de anno* **1541. zu Regenſpurg auffgericht.** §. Ferner haben wir befunden/ daß die Schmäſchrifften.&c.& Maximil. II. *de anno 1570.* **zu Speyer auffgericht.** §. wie wol auch auff etlichen vorigen gehaltenen Reichstagen: &c. Ob Deportationem. Gaj. *in §. ſi cui.1. & §. in inſulam.2.l.ejus qui.8.ff. Qui teſt.fac.poſſ.* Ulp. *in l.peculatus.3 ff.ad L. Iul. Peculat.* Marc. *in §. item qvidam.1.l.ſunt quidam.17.ff.de Pœn.* hodie cum deportatorum pœna non amplius ſit in uſu, æquiparatur ei Bannitorum, Exbannitorum vel Verbannitorum, ſecund. Gloſſ. *in §. relegati.2.verb.retinent.Inſt. Quib.mod. patr. poteſt.ſolu.* Gail. *2. Obſ.c.1.n.21.22.& ſeq. cap.12.n.3.& 5. cap.15.n.8.* de quibus eſt conſtitutio hæc der Königliche Landfried. Maximil. I. *de anno 1495.* **zu Wormbs auffgericht.** §. Vnd ob jemands/ in was Würden oder Standt/ der/ oder die weren/ wieder der eins oder mehr/ ſo vorgemeldt im nechſten Artickel geſetzt iſt/ handeln/ oder zu handeln ſich vnderſtehen würden/ die ſollen mit der That von Recht/ zu ſampt andern Peenen/ in vnſer vnd des heiligen Reichs Acht gefallen ſein. Die wir auch hiemit in vnſer/ vnd des heiligen Reichs Acht erkennen vnd erklären/ Alſo/ daß jhr Leib vnnd Gut allermänniglich erlaubt/ vnnd niemands daran freveln oder verhandlen ſol oder mag. Auch alle Verſchreibung/ Pflicht oder Bündnuß/ jhn zuſtehend/ darauff ſie Forderung oder Zuſpruch haben möchten/ ſollen gegen den jenigen/ die in verhafft weren/ ab vnd todt ſeyn. *eſt* §. Es ſol auch ſolche Thä-

ter vnd Friedbrecher niemand hauſſen / herbergen/ etzen/ trän⸗
cken/ enthalten / Fürſchub thuen in ſeiner Obrigkeit/ Eygen⸗
thumb vnd Gebieten/ ſonder dieſelben annemmen / vnd zu jh⸗
nen mit ernſt/ von Ampts wegen / richten / vnd auff männig⸗
lichs Klag/ Recht vngeſaumt von jhnen helffen. Darwieder
ſie nichts ſchützen / ſchirmen / oder fürtragen ſol / einig Trö⸗
ſtung/ Sicherheit/ Freyheit oder Geleydt / denn ſie des alles/
auſſerhalb verwilligen des wiedertheils / vnempfindlich ſind/
vnd nicht genieſſen ſollen in keinen wegen : etc. Ad ultimum
judicium. Gaj. *in l. qui ultimo. 29. ff. de Pœn.* Ulp. *in §. ſed
et ſi. 6. l. ſi quis. 6. ff. de Injuſt. rupt. & irrit. teſt.* hoc eſt, ad fer-
rum. Gaj. *in §. hi verò. 4. l. ejus qui. 8. ff. Qui teſt. fac. poſſ.*
Ulp. *in d. §. ſed & ſi. 6. l. ſi quis. 6.* ad beſtias. Gaj. *in d. §. hi
vero. 4. l. ejus qui. 8.* Ulp. *in d. §. ſed & ſi. 6. l. ſi quis. 6.* in metal-
lum. Marc. *in l. ſunt quidam. 17. ff. de Pœn.* Gaj. *in d. §. hi ve-
ro. 4. l. ejus qui. 8.* modo ſententia ſit lata. Ulp. *in l. ſi quis. 9.
ff. Qui teſt. fac. poſſ.* & *in d. §. ſed & ſi. 6. l. ſi quis. 6.* nec appel-
lationem ſuſpenſa. Marc. *in §. ſi quis. 2. l. qui à latronib. 13.
ff. Qui teſt. fac. poſſ.* Ulp. *in §. ſed ſi. 1. l. furti. 6. ff. de his qui in-
fam. notant.* nec ex indulgentia Principis in integrum re-
ſtitutio ſit impetrata. Ulp. *in §. quatenus. 12. l. ſi quis. 6. ff. de
injuſt. rupt. & irrit. teſt.* Ob crimen læſæ majeſtatis. Imp.
*in l. quisquis. 5. C. ad L. Iul. Maj. Auth. bona Damnatorum. C.
de Bon. damnat.* Ulp. *in l. ex judiciorum. 20. ff. de Accuſat. &
inſcript.* de quibus eſt conſtitutio hæc Caroli IV. A. B.
*tit. 24. §.* So jemand mit Fürſten/ Rittern/ Privat oder ſon⸗
ſten gemeinen Perſohnen/ eine läſterliche boßhafftige Meute⸗
rerey anfangen / oder zu ſolcher Meuterey ſich mit Eyd ver⸗
bindet/ vnd ſolches thut wegen vorhabenden Todtſchlags/ der
Ehrwürdigen vnd Durchleuchtigen vnſer vnd des H. Römi⸗
ſchen Reichs Churfürſten/ ſo wol geiſtlicher als weltlicher/

oder

oder deren eines: (dann dieſelbe auch ein theil vnſers leibs ſind: So wollen auch die Rechten/ daß in ſolchen Laſtern der Wil gleich dem Werck mit ebenmeſſigem ernſt geſtrafft werde:) So ſol derſelbe/ als der an der Majeſtät ſchuldig/ mit dem Schwerd geſtrafft/ vnnd alle ſeine Güter vnſerm Fiſco zugeeignet werden: etc. Repetundarum: Modeſt. *in d. l. ex judiciorum. 20.* Paul. *in l. repetundarum. 15. ff. de Teſt.* de quibus meminit Carolus V. In des H. Röm. Reichs peinliche Halßgerichts Ordnung, *cap. 3.* Peculatus. Ulp. *in l. peculatus. 3. ff. ad L. jul. peculat.* Imp. *in §. item lex. 9. inſt. de publ. judic.* cujus diſtinctiones ſeqq. facit Carolus V. *d. l.* I. Wann einer etwas heiligs oder geweyhets ſtihlt an geweyheten ſtätten. *cap. 171.* uti ſunt E. G. So einer ein Monſtrantz ſtihlt/ da das H. Sacrament des Altars in iſt/ ſol mit dem Fewer vom Leben zum Todt geſtrafft werden. Stehle aber einer ſonſt gülden oder ſilbern geweyhete Gefäß/ mit oder ohn Heiligthumb/ oder aber Kelch/ oder Parthenen/ vmb ſolch Diebſtähl all/ ſie ſeyn geſchehen an geweyheten oder vngeweyheten orten/ auch ſo einer vmb ſtehlens willen in ein geweyhete Kirchen/ Sacramentshauß/ oder Sacriſtey bricht/ oder mit gefährlichen Inſtrumenten aufſperret/ dieſe Diebſtähl ſeyn zum Todt nach gelegenheit der Sach/ vnnd Rath der Rechtverſtändigen/ zuſtraffen. *cap. ſeq. 172.* II. Wann einer etwas vngeweyhets an vngeweyheten ſtätten ſtihlt. *d. cap. 171.* uti E. G. ſo einer den Stöck/ darin man das H. Almoß ſamblet/ auffbricht/ ſperret/ oder wie er argliſtiglich darauß ſtihlt/ oder ſolches mit etlichen wercken zu thun vnterſtehet/ der iſt auch an Leib oder Leben zu ſtraffen/ nach Rath der Rechtverſtändigen. *cap. ſeq. 173.* III. Wann einer vngeweyhet ding/ an geweyheten ſtätten ſtihlt. *d. cap. 171.* uti E. G. So jemand bey Tag von geringen geweyheten dingen auſſerhalb der vorgemelten tapffern ſtück/

 auß

auß einer Kirchen ſtehle/ als Wachs/ Leuchter/ Altartücher/ darzu doch der Dieb nicht ſtiege/ breche/ oder mit gefährlichen Zeug auffſperrete/ oder ſo jemand weltlicher Güter/ die in Kirchen geflehet weren/ ſtehle/ doch ſo der Dieb in die Kirchen oder Sacriſtey nicht bricht/ oder die gefährlich auffſperret. Vnd dieſe Diebſtahl alle/ davon in dieſem Articul gemelt/ iſt die Straff gegen dem Dieb/ mit allen vmbſtänden vnd vnterſchieden/ für zunemmen vnd zuhalten/ wie hievon von weltlichen Diebſtählen klärlich geſetzt iſt. Doch ſol in ſolchem Kirchenrauben vnd Diebſtählen weniger Barmhertzigkeit bewieſen werden/ dann in weltlichen Diebſtählen. *cap.ſeq.174.* Hæreſeos. Imp *in l. Manichæos. 4. C. de Hæretic.* & *in l. quoniam.21.C.eod.* de quibus eſt conſtitutio hæc Imp. Ferdin. I. *de anno 1529.* zu Speyer auffgericht. §. Nach dem auch kürtzlich. ibi. Deſertæ militiæ. Imp. *in l. defunctorum.4.C.de Re militar.* habitâ tamen ratione ordinis, ſtipendiorum, gradus militiæ & vitæ ejus præcedentis. ſecund. Arrium Menandr. *in l.non omnes.5.ff.de Re militar.*

## Placitum VIII.

***Perſonæ minus principales a.) ad teſtamenti confectionem adhibentur omnes, niſi NATURA vel LEGE prohibeantur.***

Hactenus de perſonis principalibus, ſequitur tandem de minus principalibus, ſive ijs qui teſtes in teſtamento adhiberi poſſunt. De his autem edictum eſt prohibitorium certarum perſonarum. ſecund. Arcad. *in §. adhiberi.1.l.teſtimonium.1.ff.de Teſtib.* Imp. *in cap. ſancimus. 1 Novell.90.* Quare cognitis ijs, qui teſtes in teſtamento adhi-

adhiberi non poſſunt, facilè cognoſcuntur & ij, qui adhiberi poſſunt. juxta *Gaj. in l. de jure. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni juris.* Cum contrariorum eadem ſit ratio & diſciplina. ſecund. Gaj. *in d. l. de jure.* 1. Scheidevv. *ad tit. Inſt. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. n. 3.* Hinc d. Conſt. Imp. Max. I. *de ann.* 1512. *ſub rubr.* von Teſtamenten. §. die Notarien, ſo zu Teſtamenten auffzurichten genommen werden/ deßgleichen auch die/ ſo Teſtament machen wöllen/ ſollen eigentlich auffſehens haben/ was Leute ſie zu zeugen darzu nemmen. Dann viel ſeynd im Rechten zu ſolcher Zeugnuß verbotten. etc.

# Placitum IX.

***Perſonæ minus principales Naturâ teſtes in teſtamento eſſe prohibentur ob defectum ANIMI a.) vel CORPORIS, ob defectum Animi impuberes b.) furioſi c.) prodigi d.)***

Per animi defectum quidnam intelligamus, diximus *ſub litt. a. placit. 3.* qui cum & variè contingere poſſit, retinemus hic etiam diſtictiones in *d. plac. 3.* nominatas.

b.) Sub priori comprehendimus infantem. Ulp. *in §. ſed nec 1. l. inviti. 19. ff. de Teſtib.* Infantiæ proximum. Vlp. *in l. qui teſtamento. 20. ff. Qui teſt. fac. poſſ.* Imp. *in §. teſtes. 6. inſt. de Teſt. ordin.* Calliſtr. *in §. lege. 5. l. teſtium. 3. ff. de Teſtib.* pubertati proximum; propter text. Imp. *in l. hac conſultiſſima. 21. C. de Teſtam.* Ulp. *in d. l. qui teſtamento. 20.* quibus conſentit Imp. Max. I. *d. conſt. d. l. §.* **die Form eines Teſtaments.** ibi. Daß der ſo ſein Teſtament machen wil/ in Schrifft verzeignet vnd verbunden/ oder allein beſchloſſen vnd eingewicklet ſey/ von deſſelben Teſtierers/ oder

eines

eines andern Hand geſchrieben/vor ſieben Zeugen/die dadurch ſonderlich zuſammen beruffen vnnd gebeten / auch der Leibeygenſchafft frey/ **vber viertzehen Jahr alt ſeyn.etc.**

c.) Furioſum: Imp. *in d.§.teſtes.6.* Ulp.*in §.ne furioſus.4.l.qui in teſtamento.20.ff.Qui teſt.fac.poſſ.* argm.*l.furioſi.40.ff.de R.I.* niſi remiſſionem aut dilucida intervalla eo tempore furoris habeat. Vlp.*in d.§.ne furioſus.4. l. qui teſtamento.20.* argm.Imp. *in l.furioſum.9.C. eod.* & *in §. præterea.1.inſt.eod.*

d.) Prodigum. Imp. *in d.§.teſtes.6.* Vlp.*in l.is cui.18. ff.Qui teſt.fac.poſſ.* argm.*l.furioſi.40.ff.de R.I.* quomodo autem prodigum ſumimus diximus.*ſub litt.e.placit.3.*

# Placitum X.

*Ob defectum Corporis a.) Naturâ prohibentur Surdi b.) Muti c.) Cæci d.)*

Qualem defectum Corporis intelligimus, diximus *ſub litt.a.b.c.d.placiti IV.* non quemlibet morbum, ſed animi ſenſus impedientem.

b.) Surdus prohibetur teſtimonium dicere, per Imp.*in §.teſtes. 6.inſt.de Teſt.ordin.* Vlp. *in l. heredes.21.ff. Qui teſtam.fac.poſſ.* argm.§. *initium autem.3. l.hunc tit.1.ff. Poſtul.*

c.) Mutus: per Imp. *in §.teſtes.6.inſt. de Teſt.ordin.*

d.) De Cæco quid dicendum aut parum vel nihil invenimus, putamus tamen prohiberi poſſe: Cum ille non rectè coram Prætore ſui præſentiam facere: ſecund. Vlp *in d.§.caſum.5.l.hunc titulum.1.* nec acta videre. Imp. *in §.ſi verò abſunt.cap.hinc nobis.2. Nov.1.* nec teſtamentum ſubſcribere. Vlp. *in §. ſi quis. 4. l. ad teſtium. 22.ff. Qui*

*teſt.*

*teſt. fac. poſſ.* nec ſignare poſſit, Ulp. *in d. §. ſi quis. 4. l. ad teſtium. 22.*

# Placitum XI.

*Lege teſtes in teſtamento eſſe prohibentur in TOTUM, vel ob CAUSAM PRIVATAM. In Totum a) Servi b) Mulieres c) Hermaphroditi d) lege inteſtabiles juſsi. e)*

Teſtes teſtamentarios, cum de Subſtantia Teſtamenti requiratur, cives eſſe Romanos: ſecund. *Imp. in l. hac conſultiſsima. 21. C. de Teſtam.* rectè removentur in totum omnes ij, qui tales non ſunt.

b) Servus: per Imp. *in §. teſtes. 6. inſt. de Teſtam. Ordin.* Ulp. *in §. ſervus. 7. l. qui teſtamento. 20. ff. Qui teſt. fac. poſſ. arg. l. in perſonam. 22. & l. quod attinet. 31. ff. de R. J.* & noviſſimè Imp. Maxim. I. *in d. conſt. d. l. §.* **Die Form eines Teſtament.** ibi: **auch der Leibeigenſchafft frey** &c. ſuſtinetur autem teſtamentum, ſi pro libero ſit habitus ex Conſtitutione tam Divi Adriani Catoni, quàm Severi & Antonini, ſecund. Imp. *in § ſed cum antiquis. 7. inſt. de Teſtam. Ordin. & in l. teſtes. 1. C. de Teſtam.*

c) Mulier: per Imp. *in §. teſtes. 6. inſt. de Teſt. ordin.* Ulp. *in §. mulier. 6. l. qui teſtamento. 20. ff. Qui teſt. fac. poſſ* & noviſſimè Imp. Maxim. I. *in d. conſt. d. l.* die *Notarien.* ibi: auch Frawen. licet regulariter teſtis eſſe poſſit, etiam in cauſa criminali. ſecund. Paul. *in l. ex eo. 18. ff. de Teſtib.* Ulp. *in §. mulier. 6. l. qui teſtamento. 20.*

d) Hermaphroditus: qui ex ſexu, qui in eo prævalet, æſtimatur. Ulp. *in l. quæritur. 10. ff. de ſtat. hominum. §. Hermaphoditus. cap. ſi teſtes. 3. Quæſt. 2. & 3. c. 4.* Si fœmininus prohibetur, per Jct. Paul. *in §. hermaphroditus. 1 l repetundarum. 15. ff. de Teſt.* Gloſſ. *ad d. §. teſtes. 6. in verb. neq; mulier.* & Imp. *noviſſimè* Max. I. *in d. conſt. d. l. §.* die *Notarien.* ibi. oder Hermaphroditen / das ſeind / die Männiglich vnd Fräwlich Gemächt haben / vnd in dem Fräwlichen Gemächt fürtreffen.

e) de his videatur *placitum VII. ſub lit. e.*

# Placitum XII.

## *Ob cauſam privatam prohibentur teſtes in teſtamento eſſe, quidam SIMPLICITER a) quidam SECUNDUM QUID.*

Prohibentur teſtimonium dicere, quod ſunt intereſſati & affectionati ad cauſam, item quod deponunt in propria cauſa.

b) quilibet cum ſibi & ſuis commodis favet, nec facile reperiatur quisquam, qui dicere velit adverſus ſe, omnium maximè ſuſpectum eſſe teſtimonium exiſtimamus, quod in re propriâ & ſuâ quis dicere conatur: Interdicitur itaq; per Imp. *in l. omnibus. 10. C.* & Pomp. *in l. nullus. 10. ff. de Teſtib. cap. inſuper. 6. extr. eod. cap. ſi teſtes. 3. q. 2. & 2. c. 4.* adverſante & repugnante adverſario non autem conſentiente. argm. *§. usq; adeo. 5. l. injuria. 1. ff. de injurijs. & l. cum donationis. 34. C. de Transact.* Dicitur autem in propria cauſa, in qua quis commodum vel incommodum aliquo modo habet. Ulp. *in §. in propria.*

*pria. 11. l. ſi quidem. 1. ff. Quando appelland.* ideo teſtis habens in cauſa intereſſe commodum & incommodum, repellitur à teſtimonio dicendo non aliter, ac ſi cauſa, eſſet propria. Farinac. *lib. 11. tit. 12. Quæſt. 60. numer. 4.* Non tantum autem commodum aut incommodum hunc à teſtimonio repellit, ſed etiam ſola affectio. *cap. accuſatores. 2. c. 3. q. 5.* etiam præſumpta, modo teſtis habeat cauſam cauſæ ſimilem. *cap. perſonas. 20. ext. de Teſtibus.* Talis non habetur Legatarius vel fideicommiſſarius ſingularis, ſecund. Imp. *in §. legatarijs. 11. inſt. de Teſtament. Ordin.* Ulp. *in l. qui teſtamento. 20. ff. Qui teſt. fac. poſſ.* Marc. *in l. ſi quis. 14. ff. de Reb. dubijs.* tam in Nuncupativo, quam in ſcripto. per. Imp. *in d. §. legatarijs 11.* quatenus ad favorem heredis ſcripti, contra venientes ab inteſtato, non autem quatenus in cauſa propria ſui legati recipitur. per Imp. *in d. l. omnibus. 10.* & Pomp. *in d. l. nullus. 10.*

# Placitum XIII.

***Secundum quid probibentur teſtes eſſe in teſtamento RATIONE NEGOTII & ACTUS a) aut RATIONE PERSONÆ & quidem PRO QUA b) vel CONTRA QUAM. c)***

Ob qualitatem vel ratione actus & negotij. *h. e.* Teſtamenti prohibetur Heres. De jure quidem veteri concedebatur, teſtem & heredem ſimul in teſtamento eſſe. per Imp. *in §. ſed neq;. 10. inſt. de Teſtam. Ordin.* quod jure novo ſublatum videmus. per Imp. *in d. §. ſed neq;. 10.* Ulp.

*in l. qui teſtamento. 20. ff. Qui teſt. facer. poſſ.* cui adſentit noviſſimè Imp. Max. I. *in d. conſt. d. l. §.* die *Notarien.* ibi: Item einer der in demſelben Teſtament Erb geſchrieben.

b) Ratione perſonæ pater filio teſtis idoneus non eſt, per text. expreſſum Imp. *in l. parentes. 6. C. de Teſtib.* & Paul. *in l. teſtis idoneus. 9. ff. eod.* nec volens Imp. *in d. l. parentes. 6.* Gloſſ. *ibi, in verb. adverſus ſe.* nec in caſu teſtandi de peculio Caſtrenſi vel quaſi caſtrenſi poſt miſſionem Imp. *in §. in teſtibus. 9. inſt. de Teſt. Ordin. h. e.* poſtquam dimiſſus à militia vel honeſtè vel cauſariè. Marc. *in l. milites agrum. 13. §. miſſionum. 3. ff. de Re militar.* ante miſſionem rectè admittitur. Ulp. *in §. per contrarium. 2. l. qui teſtamento. 20. ff. Qui teſtam. fac. poſſ.* Nec filius patri. Imp. *in d. §. in teſtibus. 9. & in d. l. parentes. 6.* Licin. Rufin. *in l. idonei. 6.* Paul. *in l. teſtis. 9. ff. de Teſtib.* Imp. Maximil. I. *in d. conſtit. d. l. §.* die *Notarien.* ibi: Auch die ſo in gewalt des Teſtirers. nec volens. Imp. *in d. l. parentes. 6.* etiamſi ſit emancipatus. argm. JCt. Pomp. *in l jura ſanguinis. 8 ff. d. R. J.* & hi uſq; in infinitum. ſecund: Farinac. *lib. 11. tit. VI. quæſt. 54. numer. 148.* Nec frater pro fratre. Imp. *in §. ſed neq. 10. inſt. de Teſt. Ordin. & in l. etiam jure. 3. C. de Teſtibus.* Imp. Maxim. I. *in d. conſtit. d. l. §.* die *Notarien:* ibi: Item einer der in demſelben Teſtament ers geſchrieben / oder der mit denſelben in eines andern gewalt wehre. Nec domeſticus domeſtico: Imp *in d. l. etiam jure. 3. & in d. §. in teſtibus. 9. cap. in litteris 24. ext. de Teſtib.* Sunt autem & dicuntur in jure domeſtici, quibus ſcil. imperari poteſt ratione poteſtatis conjugalis: ut ſunt vir & uxor: Papin. *in l. virum, 3. ff. ſi quis aliquem teſtar. prob.* Pa-

ternæ; ut pater & filius. Vlp. *in* ſ. *familiæ. 2. l. Ædiles etiam. 25. ff. de Ædilit. edict. & in* §. *idem Pedius 15. l. quod ſi 31. ff. eod.* Herilis: uti ſervus & dominus. Ulp. *in de* ſ. *familiæ. 2. l. Ædiles. 25. ff.* Merc. *in* §. *furta. 1. l. perſpiciendum. 11. ff. de Pœn.* libertas & patronus. Marc. *in d.* §. *furta. 1. l. perſpiciendum. 11.* mercenarij & is, cui operas locarunt. Ulp. *in d.* §. *familiæ. 2. l. Ædiles etiam.* Marc. *in d.* ſ. *furta. 1. l. perſpiciendum. 11.*

c) de teſtimonij dicendi qualite contra Quam, cum ad judicium magis forenſe pertineat, hoc in loco verba facere ſuperſedebo, memor omninò ejus, quod falcem in alienam immittere meſſem turpe ac indecorum habeatur.

# Coronides.

## ex

## Jure Feudali.

I.

Feudum fœmineum propriè feudum non eſſe dicendum ſtatuimus.

II.

Feudum omne, in quo fœmina ſuccedit, propriè fœmineum eſſe appellandum negamus.

III.

Feudum certi ſervitij, propriè feudum eſſe vocandum aſſerimus.

IV.

Feudum, pecuniâ interveniente, acquiſitum propriè feudum non eſſe nominandum affirmamus.

V.

Feudum Pignoratitium propriè feudum non eſſe habendum concludimus.

4 33

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73151954X/phys_0033
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn73151954X/phys_0035
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73151954X/phys_0036
DFG

ternæ; ut pater & filius. Vlp[illegible]*liæ.* 2. *l. Ædiles etiam.* 25. *ff. de Ædilit. edict. &* [illegible]*dius* 15. *l. quod ſi* 31. *ff. eod.* Herilis: uti ſervus [illegible]. Ulp. *in de §. familiæ.* 2. *l. Ædiles.* 25. *ff.* Merc[illegible]1. *l. perſpiciendum.* 11. *ff. de Pœn.* libertas & [illegible] Marc. *in d. §. furta.* 1. *l. perſpiciendum.* 11. me[illegible]s, cui operas locarunt. Ulp. *in d. §. familiæ,* [illegible]*etiam.* Marc. *in d. §. furta.* 1. *l. perſpiciendum.*

c) de teſtimonij dicendi [illegible]a Quam, cum ad judicium magis forenſe per[illegible] in loco verba facere ſuperſedebo, memor o[illegible] quod falcem in alienam immittere meſſem [illegible]decorum habeatur.

# Coron[illegible]
## ex [illegible]
## Jure Fe[illegible]i.

### I.

Feudum fœmineu[illegible]iè feudum non eſſe dicendum ſta[illegible]

### II.

Feudum omne, in[illegible]ina ſuccedit, propriè fœmineu[illegible]bellandum negamus.

D[illegible] Feu-

432

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73151954X/phys_0037
DFG